Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3327

Quelle:
Copyright:



*Praepoſitus* ſubpeditaverat, invenit; nos vero *Cod.* DCCCCLXXIII. una cum ipſa Oratione indicabimus. Ex hac oratione noto, *Paynium Pragae* habitaſſe in Coenobio *Emauntino*, in quo Monachi Benedictini poſtea ad D. *Nicolaum* traducti et nunc aboliti, lingua *Slavica* in ſacris utebantur; ait enim *Polemarius*, nobis *fol.* 225. p. 2. *Nec credo, quod ſi adueniat ſibi bona hereditas — portaret eam in communi cum fratribus monaſterij ſclauorum in praga cum quibus viuit.* Quatuor hae Diſputationes a quatuor Nationum viris *Raguſino*, *Conſluentino*, *Cameracenſi* et *Barcinonenſi* habitae et in *Baſnagiana Caniſii* editione *Amſtelod.* in T. IV. p. 447. repoſitae hac in *Cod.* noſtro ſubſcriptione miniata gaudent: *In die ſancti Clementis Anno domini &c. M°. CCCC° Sexageſimo Septimo &c. 1467. Per me Matbiam Hamfueſs tunc temporis morantem in Adriacb.* Oppidum hoc exiguum eſt *Stiriae Auſtriam* verſus aliquot leucis a Metropoli *Graecio* diſtans.

V. *fol.* 247. *Lumen confeſſorum Vocatur bec doctrina omnibus penitentiarys et confeſſoribus ad ſciendum neceſſaria per me pauperem hominem andream* (didaci de Eſcobar O. S. B.) *byſpanum minorem penitentiarium et Megaren. epiſcopum et pontificem ex multis dictis magiſtrorum theologie et decretalium ac decretorum in multis locis diſperſis et varijs determinationibus compilata et facta Rome dum ad partes byſpanie velem ire dimiſſa omnibus dominis meis Corteſanis* (Curialibus) *et preſertim curam babentibus animarum pro ſpeciali valete, cum non babeam quare ibidem reſidere ac miniſtrare. Anno domini* M° (CCCC) XXX°. *oblata per me Reuerendiſſimo in chriſto patri et domino Jordano de Vrſinis Cardinali et epiſcopo Albanen. digniſſimo maiori eccleſie penitentiario.* Quinque ſunt Libelli Partes, quibus abſolvuntur ea, quae ad animorum regimen pro ſacro tribunali pertinent. Cum jam Sec. XV. aliquoties cum *ſ. l. et a.* tum nominatim *Daventriae* 1490 et 97. typis excuſus fuerit, nil addam, niſi quae in fine leguntur. *Explicit tractatus ſeu doctrina que vocatur lumen confeſſorum — per indignum penitentiarium minorem Romane curie — Andream didaci Hyſpanum ordinis ſancti Benedicti olim ciuitatenſ. Poſt aiacenſ. Nunc vero antiquum et pauperem epiſcopum megaren. que eccleſia fuit in Prouincia Grecorum et terra athenien. ac commendatorem Monaſterij Sancti Johannis de Penderato ordinis Sancti Benedicti Portugalenſ. dyoc. Orate et pater noſter dicite pro eo quicunque ſtudetis ſeu legitis in boc libro.*

## DCCCCLXXI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 150. f. currente calamo ſcriptus ad Concilium *Baſileenſe* pertinet. Ineſt I. *Contra ſecundum articulum Bobemorum Collacio preambula poſicioni pro veri-* 298

*tate*